

Coincidentia & Intersectio duarum linearum ad perpendiculum fit, vel in certo puncto lineæ ductæ, in quod linea ducenda vel incidere, sive per quod transire debet: vel à puncto extra lineam ductam, ex quo ducenda aut ductæ incidere aut eam intersectare debet.

Utrumq; punctum sive intra sive extra lineam ductam detur, ad quod vel ex quo ducenda duci debet, est vel inter extrema ductæ, vel in aut super alterutro extremorum ejusdem.


Punctum inter extrema ductæ est vel in aut super ipso medio, vel inter medium & extremum alterutrum.

De omnibus hisce casibus teneantur septem sequentia Problemata:

*PROBL. I. Quomodo, datæ aliquâ lineâ rectâ, alia duci debeat, quæ datæ in puncto ejus medio perpendiculariter insistat, vel per eandem ibidem etiam transeat.*

*Declaratio Problematis* Ad lineam AB schematis ducenda est linea DC quæ illi in puncto medio C perpendiculariter insistat, aut Linea DE quæ eandem in C puncto ad perpendiculum intersectet.

*Praxis.* In extremitatum lineæ AB utrâlibet, puta A, posito Circini pede immobili, describatur ad D supra lineam, ex opposito puncti C arcus quidam: deinde po-



B

de po-